



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

An hinc consequatur legem impleri posse quia factores sunt beati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

Ne ma- sectum: nam patitur quiddam humanitas. Hæ-
to affectu ret in consideratione alienæ felicitatis, quemadmo-
io. ut. dum pauper aliquis diuitis admiratur felicitatem:
 „ager, sani robur, & vires: interea non satis est, vt &
 „ipse sanus reddatur, & ille ditescat. Et sane ita na-
 „tura sumus comparati, vt aliena magis admiremur
 „bona, quam imitemur. Ita dici solet, Fertilior seges
 „est alieno semper in agro. Christus igitur docet, ve-
 „rum quidem esse, Beatam hanc matrem dici & ef-
 „se, interea autem non prodesse huic Matronæ. Quid
 „enim ad ipsam quia Maria beata est: quid commo-
 „di habebit illa, quod Maria tantæ Doctoris est mater?
 „Nihil sane. Danda est ergo etiam atque etiam opera,
 „vt & ipsa reddatur beata.]

At vero non est hoc cortigere, sed docere, quomo-
do & illa effici beata posset.

§. 4. Calvinus ergo variè mulierem sanctam oppugnat, Phariseis & Scribis acrior. Sed frustra. In magna enim turba hostium confessionem fidei edit. Caluino nos facile respondemus. Non negari Mariam beatam. Nam *μειοζυγε* est *quinimo*, potius. Rectè etiam Erasmus, eam dictionem neque negare, neque reuocare quod dictum est, sed id quod certius est, referre. Deinde si negatio addita fuisset, comparationis consuetudine intelligi potuisset. Virginem pariendo felicem, sed amando feliciorum esse dicimus.

In matre *Quinimo* non est in Syro, tantummodo enim ha-
laudatur *bet*: dixit ei ipse. Nullus igitur error mulieris, nul-
Christus. *la correctio*: Tota laus tandem in Christum redit. Nam si propter eum verus & vbera sunt beata, cur non ille alienæ beatitudinis fons auctorque beatissimus?

QVÆSTIO II.

An hinc consequatur legem impleri posse, quia factores sunt beati?

Dez im- §. 1. **A**vditores & factores dicit beatos: quo egre-
plere po- **gie** conuicit eos, qui negant legem impleri
test. **posse**, Beata vbera mulier predicauit. Christus alios etiam & magis beatos pronunciat, qui audiunt sermonem, & auditum faciunt. Si facere nemo potest, nemo beatus est. Inanis & Christi doctrina.

Neque hinc obici potest: Christum ironice locutum, aut mulierem deceptam, quemadmodum supra de Phariseo finxerunt. Mulier illa sincere ac deuote locuta est, Christus ei viam veram, & necessariam salutem demonstrauit. Auditionem verbi Dei, & factionem. Verbum autem Dei quod fuit aliud, nisi quod ipse predicauit de fide, caritate, aliisque. Hoc igitur non audire tantum, nec credere, sed facere oportet, cum qui salutem sperare ausit. Audire quidem oportet. Nam Suenckfeldium eisdem verbis arguunt omnes, qui auditionem sermonis excludit, internam Spiritus suggestionem solam admittit; verumque enim Christus coniunxit, auditionem & factionem. Ita Augustin. tract. 10. in Ioan.

Audire & *facere be-* *atum est.* *Hoc in ea magnificauit Dominus, quia fecit voluntatem patris: non quia caro genuit carnem. Intendat charitas vestra. Propterea cum Dominus in turba admirabilis videretur, faciens signa & prodigia, & ostendens quid lateret in carne, admirata quadam anima dixerunt: Felix venter qui te portauit. Et ille: Imò felices qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Hoc est dicere: Et mater mea quam appellastis felicem, imò felix, quia verbum Dei custodiuistis, non quia in illa verbum caro factum est, & habitauit in nobis: sed quia custodit ipsum verbum Dei per quod facta est, & quod in illa caro factum est. Homines non*

gaudeant prole temporali, exultent si spiritu iungantur Deo. Tertullianus contra Marcionem lib. 4. probat Christum verum hominem fuisse, quia vbera suxit, quia natus est. Hæc enim in phantasma Marcioniticum nequaquam conuenire potuerunt.

Verf. 29. Quidam libri habent, *ἡ γὰρ ἐὰν αὐτὴ πορευθῆται*, vt Latina editio habet. alii omittunt *ἡ γὰρ* secundo loco vt Syrus.

Verf. 33. *Εἰς νεοφυῆς*, multa legunt *νεοφυῆς*, hæc consentiens Latina lectioni commodior est.

V. 34. *Ἐπιτελεῖται*, multi libri cum Latina & Syra editione habent *ἔσται* erit.

VERSVS 36.

Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

QVÆSTIO I.

Quomodo lucidum totum?

§. 1. **B**atologiam obiciunt his in verbis. Si totum lucidum erit, erit lucidum totum. Tertullianus Maldonatus ita exponit. Si oculus, hoc est, intentio pura recta erit, totum corpus erit lucidum, vt est verf. 34. de iure hoc est, omnes facultates. Quod si totum corpus lucidum erit, totum in vniuersum erit lucidum, quicquid scilicet inde proficitur. Gradatio est hæcque, & plus concluditur quam assumptum fuerat. Nam ita concludit; Si corpus est lucidum totum, sequetur non modo illud, sed totum in vniuersum est lucidum. Si enim oculus lucidus est, totum corpus eadem luce dirigitur: nec alio lumine opus habent manus, aut pedes, quam ea qua pollet oculus. Si autem corpus hoc modo lucidum est; omnes actiones lucidæ sunt & recte ordinatæ.

VERSVS 37.

Phariseus autem cepit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium.

QVÆSTIO I.

Quomodo non est baptizatus?

§. 1. **Q**uidam alio hæc tempore gesta arbitrantur, sed quod ait: *cum loqueretur*, de proxime dictis intelligi solet. Non enim sine causa dixit: *cum loqueretur*. Christus mox vt venit non lotus recubuit, contra consuetudinem, cum omnia per ministros offerrentur ad lauandum necessaria, et ipse ea recusauit; aut dissimulauit, vt doceret, quam remunditia esset.

§. 2. *Ἐπιτελεῖται ἰδὼν ἰθαυμάστον ὄν ἢ πᾶσι τοῖς παροῦσιν.* Noster legit: *ὁ δὲ Φαρισαῖος ἰσχυρῶς λέγει* *ἡ γὰρ ἐὰν αὐτὴ πορευθῆται*. Phariseus autem cepit intra se reputans. Et. Noster sine causa reprehendunt, quod recubuerit Græcum verbum baptizatus, nam ita loqui solent sunt.

Constat vero non modo manus lauisse, sed et Crispianam pedes, imò balnea ante mensam adluisse. Roma.

ADAMI
 112
 + EVANG
 CVM
 113